

libet milite et iudice, et quos non invenerit cadant ad penam, scilicet capitanei decem libr. par. pro quolibet et stipendiarii centum sold. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, exceptis illis qui essent pro vitalibus vel lignis, ipsis capitaneis manutinentibus per sacramentum eorum si predicti iverint cum 5
 licentia eorum vel non; cui domino militi adhibeatur plena fides de denunciatis per ipsum. ¶ Et quod dominus potestas vel vicarius loco potestatis et iudices Tergesti dare non possint alicui persone licentiam mittendi pro se ad custodiam predictam, excepto quam ut supra dictum est, sub pena libr. centum 10
 par. pro potestate vel vicario loco potestatis et quinqueingenta libr. par pro quolibet iudice et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quod fiat unus quaternus, in quo scribantur per notarium procuratoris (in quo scribantur) omnes pro aliis // euntes ad 99 B
 custodiam dictorum castrorum, qui quaternus stare debeat penes 15
 dominum potestatem, et quandocunque mittentur capitanei ad custodiam, cancellarii comunis dare debeant in scriptis dicto domino militi nomina capitaneorum, et etiam notarius procuratoris dare debeat dicto domino militi in scriptis nomina aliorum euntium ad dictam custodiam, et quot diebus esse 20
 debent ad dictam custodiam, et hoc sub pena centum sold. par. pro quolibet cancellario et pro quolibet notario et qualibet vice contrafacta. ¶ Et quod providitores comunis etiam per se ire possint ad inquirendum dicta castra et quos non inveneri[n]t 25
 denunciare, ea die vel sequenti, domino potestati vel eius vicario sacramento, pena decem libr. pro quolibet, et denunciati cadant ad penas predictas per modum predictum, et eorum denuntiationibus adhibeatur plena fides. ¶ Et quod unus ex iudicibus comunis cum uno cancellariorum comunis ire debeant personaliter ad Castrum de Mocho in capite omnium 30
 quindecim dierum, quando capitanei mittuntur, et facere scribi omnia factumina ipsius Castri et masaritias ipsius et consignare novis capitaneis, et inventarium ipsarum rerum conducere Triestum et deponere penes dominum potestatem, et sic in capite omnium quindecim dierum in permutatione ipsorum 35
 capitaneorum unus ex iudicibus et cancellariis ire debeat ad dictum Castrum, et secum portare dictum inventarium, et